

vir bellator, qui primas inimicitias Serpenti Paradisiaco movit,  
& in praelio semper potens existit, Pf. XXIV. 8. qui cunctos etiam  
hostes infernales in manus Adami & fidelis Abrabami tradit, Gen.  
XL. 20. imo cunctas fidelium manus docet ad praliandum & in  
virtute Domini ad hostilem Diabolorum exercitum superandum,  
Pf. XIIII. 35. (d) quia non est multiplex, sed unum tantum  
principale Semen juxta S. Spiritus interpretationem per Apostolum  
Paulum. Quod est Christus, Gal. III. 16. (e) quia tantum  
unus Capitis serpentini Contritor, Siquidem in hoc apparuit  
Filius Dei, ut opera Diaboli dissolveret, Joh. III. 8. (f) Quia  
saltem unus est mediator Dei & hominum, Homo Jesus Christus,  
qui sua morte pro nobis omnibus mortis ἀντίλυτρον persolvit.  
I. Timoth. II. 5.

## §. XII.

Naturarum Dualitatem, quia Semen hoc Mulieris non est  
ἄνθρωπος, nudus homo, sed verus Θεὸς ἄνθρωπος, Deus & ho-  
mo, quod probatur Primo ex clarissimis Compendii ver-  
bis, dum juxta clarissimam literam Semen Mulieris appella-  
tur, & humanæ naturæ Veritas, atque consubstantialitas  
comprobatur. Secundo, ex clarissimis ipsorum verborum  
tum immediatis, tum mediatis Commentariis, dum tan-  
quam Homo crucem omnem humano generi imponit, v. 16. & sqq.  
manum auxiliatricem compatiendo fidelibus adponit, Hebr. II. 18.  
& ut verus Deus salutis manum supponit, Pf. LXIIII. 20. Tertio ex  
clarissimis locis parallelis, quia Messias hæc vel Objectum  
oraculi nostri statim Gen. IV. 1. dicitur Vir, i. e. verus Homo, &  
Jehova vero Deus θεὸς ἄνθρωπος in unitate personæ, dum Eva per Spi-  
ritum Propheticum, eum virum Jehovam verum Hominem  
& verum Deum profitetur & confitetur, Gen. IV. 1. & hoc i-  
tidem omnes Patriarchales promissiones Abrahamo, Isaaco  
& Jacobo factæ luculenter affirmant, dum Semini vero  
quoad humanam naturam Opus omnigenæ benedictionis, vere  
divi-